

Idem Abbati S. a Albani.

Consultationibus singulorum ex ministerio suscepta servitutis cogitur respondere, ut si quid dubietatis, vel quaestiones in mente alicujus emerit, ab Ecclesia Romana solvatur, quae inter alias, Domino disponente, merita obtinere principatum. Quaesitum est a nobis siquidem, utrum si possessio qualibet se asseverans absque iudicio, & causa rationabili spoliatur, a nobis ad iudicium litteras obtinet, ut infra certum tempus restituatur sibi possessio, si constiterit iudici eum esse spoliatum, qualiter possessio ei debeat restitui; cum is, qui tenet Ecclesiam, vel possessionem, quam ipse requirit, antequam de litteris ipsius aliqua mentio fieret, studio-rum, vel peregrinationis, vel alia huiusmodi causa se absentaverit, nec infra praesum tempus iudici suam praesentiam exhibere. Super quo utique consultationi tua taliter respondemus, quod nec poterit, nec debet restitu-tionem habere, quamvis paratus sit coram iudice delegato testibus idoneis possessionem, & dejectionem suam pro-bare, nisi is, qui possidet, se per e contumaciam absentasset; si etiam iudex utique ad reditum eius, qui possidet, terminum prorogaverit: d. expirat enim iurisdictionis sua, quia sine consensu utriusque non licet iudici termini pro-ragare quatenus praesum a delegato.

NOTAE.

1. a Albani. Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 15. & post Concil. Later. p. 7. c. 17. Et in c. consulti-tationibus, de donat. c. consultationi, de iurapat. ubi referuntur secunda & tertia pars hujus decretalis, non autem legendum est S. Albani, ut habetur in hac sexta collectione. Monasterium hoc S. Albani est Ordinis Div. Benedicti in Diocesi Cantuariensi, cujus originem referit Ypes t. 3. ebron. D. Be-nedicti, pag. 318.

13. ff. de vi et vi; quia licet ipsam rem non possideat, l. naturaliter 12. ff. de acquir. poss. tamen quasi possidet ratione usufructus, cujus quasi possessionis ratione competunt et in-terdicta possessoria, l. ult. ff. uti possidetis, l. 1. ff. uti videmus, ff. de itinere, alicuique. Docent Menoch. d. remedio, et num. 79. Oluald. dist. c. 31. lit. D. Anton. Gomez in lib. 47. Lauri, num. 191. D. Garan. in esp. litteris, mon. 9. ubi Fer-mol. quest. 1. ex n. 14. de restit. spol. unde dejectus debet pro-bare possessionem, & dejectionem ab ipsa, ut interdictio possessoria uti possidet, lib. 1. ff. interdictum, ff. de vi et vi; quo modo accipit textum in cap. olim, de restitui. spol. c. licet causam, de prob. c. suborta, de re iudicata; Pachin. l. 8. con-trov. c. 10.

c. Per contumaciam. ) Quo casu quomodo procedendum sit, late dicemus in c. 1. & 2. de dolo & contumacia. d. Expirat enim iurisdictionis. ) Ut late probavi in c. de causis 4. hoc tit. ubi commentarium hujus textus dedimus.

CAPUT XI.

Idem a Carnotensi Episcopo.

Sane quia nos in primis consulere voluisti, qualiter a nobis iudex delegatus Episcopum, qui ei non subest, ad a-liquid faciendum, vel dandum compellere debeat, cum causam, quae inter Episcopum, & laicum, vel clericum veritatem, de mandato nostro suscipit; id tuae quaestioni duximus respondendum, quod iudex a nobis delegatus vices nostras gerit: unde in causa illa superior est, & major illis, quorum causam suscipit terminandam. Ideo si Episcopus, vel alia b persona, quae non fit de iurisdictione illius in causa, quam ei delegamus, rebellis, ac contumax fuerit, secundum qualitatem, vel quantitatem facti poterit vel e interditi, vel suspensionis sententia a iudice delegato compelli. Itaque iudex secundum negotii qualitatem temperate procedens, Episcopo vel ingressum Ecclesiarum, vel sacerdotale officium interdicit, aut etiam terram illius, quae ad iurisdictionem suam pertinet, specialiter interdicit supponat.

NOTAE.

1. a Carnotensi. Ita legitur in c. 16. hoc in 1. collect. & post Concil. Later. p. 7. c. 20. Et in c. quaestioni, de appell. Carnutum Belgiae caput, civitas est in regione media rotius Galliae sita, cujus meminerunt Caesar l. 6. c. 4. Sulpitius dialog. 3. Paulinus l. 4. in vita S. Marini: habet Ecclesiam Cathedralem, cujus mentio fit in c. 28. de iudiciis, c. 28. de iurapat. c. 23. c. 24. de v. s. Eius Episcopo Joanni Sarisburiensi mil-fa est praesens decisio, de quo plura adduxerunt Fratres Sarm. c. 2. Gallia Christiana, fol. 496. & nonnulla de ipso Comitatu Carnotensi in Gallia non ignobili, congesti in cap. b vel alia persona. ) Juxta ea, quae dixi in c. 1. hoc tit. c. Interdicti, vel suspensioni. ) Contra contumaces enim, & impediens utrumque iurisdictionis, potest iudex delegatus procedere, per censuram excommunicationis, interditi, & suspensionis, ut probavi in c. 1. hoc tit.

lis praefertur, l. 3. ff. de tutelis: sed iurisdictione ordinaria est naturalis, delegata vero accidentalis, igitur potius iudex ordi-narius praefertendus est delegato, quam e contra, & si da-remus utramque iurisdictionem esse ejusdem naturae, non de-bebat praeferi delegatus, siquidem qui aliquid ministerium demandatur, non praefertur, sed exauctorat illis, qui simile ministerium exercent, l. 2. c. ut digni. ordo, l. 2. c. de Co-mit. rei milit. l. 11.

Hac difficultate minime obstantem vera est praesens decisio, pro cujus expositione sciendum est, quinam dicantur iudices delegati, & qui ordinarii appellentur, ut inter eos praerogati-vam agnoscamus. Et omnis varii distinctionibus traditis in hac rubrica a Panorm. n. 1. Decio n. 14. Sahagun n. 15. Petr. Greg. l. 27. synag. 22. n. 2. Menoch. de arbit. l. 1. q. 12. P. Barb. in l. cum Prator. 2. §. 1. n. 2. ff. de iudicio, Pareza de in-strum. edit. tit. 2. ref. 5. illa ut receptor placuit Antecessori-bus nostris, quae ait: Delegatus est persona, cui causa cognitio committitur, nihil proprium habens, sed delegantis personam repre-sentans. Quae distinctio colligitur ex hoc textu, ex lib. 1. §. qui mandantem, ff. de officio eius. Ponitur in ea, persona, loco generis; alia enim sunt personae, quae licet causa cognitio-nem habeant, iudices tamen delegati non sunt: illa verba, committitur cognitio, vel executio, adhibentur, ut cognoscatur delegari posse non solum principium, & medium, verum & finem cause, c. super 27. §. intentioni, hoc tit. Principium, cum tantum citatio, vel licis contestatio committitur, d. §. intentioni: ibi: Litis exordium, c. pastorali 28. §. item, hoc tit. Medium, cum examen totius causae, seu cognitione-gotiis usque ad sententiam demandatur, d. c. super, §. nos et. iuste 18. hoc tit. Finis, cum definitiva sententia, causa iam examinata, delegatur, d. c. super, §. verum. Reliqua diffi-nitionis verba ponuntur loco differentiae, ut demonstratur, iudices delegatos valde differre ab ordinariis, & vicariis, qui ordinaria iurisdictione fruuntur, & propria, cum dele-gati nihil proprium habeant, c. 1. 94. d. c. praeterea 5. hoc tit. d. l. §. qui mandantem, ibi: Nihil proprium habens: sed eius qui mandavit, iurisdictione utuntur, l. est Prator, hoc tit. Partibus eius fungens ff. de officio eius l. sicut 16. ibi: Fungitur vice eius, qui mandavit, ff. de iurisd. Unde dicuntur iudices ex-traordinarii, l. 2. c. de dilationibus, c. iudicia, §. statum 3. q. 3. c. quoniam, ubi Glossa verbo Extraordinario, de probat. no-tarunt Menochius l. 3. de presump. c. 15. n. 15. Olualdus ad Do-nellum l. 17. c. 18. littera A.

COMMENTARIUM.

3. Concilio traditur, & probatur. EX hoc textu, ut commune axioma deducitur, Iudicem de-legatum esse maiorem quocumque ordinario in causa sibi com-missa. Quod probant textus in c. 2. de officio Legati, c. signifi-casti, c. pastorali, §. quia verus, hoc tit. c. pastorali, §. praeterea, de officio Ordin. Illustrant ultra congestos a Barbola in pre-senti, Corrafius l. 3. mistel. c. 19. Angujanus l. 3. de legib. c. 33. per tot. Fachineus l. 2. controu. c. 84. Barbola l. 2. voto 53. n. 13. Carena de officio inquisit. p. 1. tit. 5. §. 7. Abruz. ad leg. 1. ff. de officio eius, q. 1. Sed hoc axioma, licet ita communiter receptum, difficile tamen videtur ex ea consideratione; nam ideo delegatus dignior iudicatur, & maior quocumque ordinario, a nostro A-lexandro; quia ipsius Pontificis delegantis personam repre-sentat: sed aequaliter iudices ordinarii sustinent, & representant personam Principis, a quo eliguntur, aut confirmantur, c. ita Dominus, 19. d. c. mandata, de presump. & ipsi ordina-rii amplam iurisdictionem obtinent in suis territoris, c. cum Episcopus, de officio ordin. l. 6. l. more, l. c. quia, ff. de iurisd. unde possunt supplere negligentiam ipsius iudicis delegati, c. significasti, de officio ordin. atque contra ipsum procedere, ut probat Angujanus d. c. 33. n. 12. igitur quia iudex delegatus non est maior quocumque ordinario. Pulchritur hac dubi-tandi ratio ex eo: nam qualibet causa naturalis accidenta-

lis praefertur, l. 3. ff. de tutelis: sed iurisdictione ordinaria est naturalis, delegata vero accidentalis, igitur potius iudex ordi-narius praefertendus est delegato, quam e contra, & si da-remus utramque iurisdictionem esse ejusdem naturae, non de-bebat praeferi delegatus, siquidem qui aliquid ministerium demandatur, non praefertur, sed exauctorat illis, qui simile ministerium exercent, l. 2. c. ut digni. ordo, l. 2. c. de Co-mit. rei milit. l. 11. Hac difficultate minime obstantem vera est praesens decisio, pro cujus expositione sciendum est, quinam dicantur iudices delegati, & qui ordinarii appellentur, ut inter eos praerogati-vam agnoscamus. Et omnis varii distinctionibus traditis in hac rubrica a Panorm. n. 1. Decio n. 14. Sahagun n. 15. Petr. Greg. l. 27. synag. 22. n. 2. Menoch. de arbit. l. 1. q. 12. P. Barb. in l. cum Prator. 2. §. 1. n. 2. ff. de iudicio, Pareza de in-strum. edit. tit. 2. ref. 5. illa ut receptor placuit Antecessori-bus nostris, quae ait: Delegatus est persona, cui causa cognitio committitur, nihil proprium habens, sed delegantis personam repre-sentans. Quae distinctio colligitur ex hoc textu, ex lib. 1. §. qui mandantem, ff. de officio eius. Ponitur in ea, persona, loco generis; alia enim sunt personae, quae licet causa cognitio-nem habeant, iudices tamen delegati non sunt: illa verba, committitur cognitio, vel executio, adhibentur, ut cognoscatur delegari posse non solum principium, & medium, verum & finem cause, c. super 27. §. intentioni, hoc tit. Principium, cum tantum citatio, vel licis contestatio committitur, d. §. intentioni: ibi: Litis exordium, c. pastorali 28. §. item, hoc tit. Medium, cum examen totius causae, seu cognitione-gotiis usque ad sententiam demandatur, d. c. super, §. nos et. iuste 18. hoc tit. Finis, cum definitiva sententia, causa iam examinata, delegatur, d. c. super, §. verum. Reliqua diffi-nitionis verba ponuntur loco differentiae, ut demonstratur, iudices delegatos valde differre ab ordinariis, & vicariis, qui ordinaria iurisdictione fruuntur, & propria, cum dele-gati nihil proprium habeant, c. 1. 94. d. c. praeterea 5. hoc tit. d. l. §. qui mandantem, ibi: Nihil proprium habens: sed eius qui mandavit, iurisdictione utuntur, l. est Prator, hoc tit. Partibus eius fungens ff. de officio eius l. sicut 16. ibi: Fungitur vice eius, qui mandavit, ff. de iurisd. Unde dicuntur iudices ex-traordinarii, l. 2. c. de dilationibus, c. iudicia, §. statum 3. q. 3. c. quoniam, ubi Glossa verbo Extraordinario, de probat. no-tarunt Menochius l. 3. de presump. c. 15. n. 15. Olualdus ad Do-nellum l. 17. c. 18. littera A.

6. Opponitur variis textus. Sed contrarium, imo iudices delegatos proprio iure iurisdictionem habere, probari videtur ex l. 1. §. qui mandantem, c. 1. Verus enim, ff. de officio eius: ubi probatur eum, cui manda-ta est iurisdictione habere eam ut propriam. Sed pro eius textus solutione sciendum est, in eius principio Papinianum generalem in eo textu regulam constituisse, quam in vobis, v. r. est, exponit, ut scilicet usus iurisdictionis, quimore ma-jorem competere, transferatur, non sic imperium, quod lege competere, cuius usus ad alium transferri non potest. Ex qua sententia non sequitur, transire in delegatum iurisdictionem ordinariam, sed potius mandatam, ut docent Glossa, & Ma-theaeus ibi. Verum enim est, usum iurisdictionis transferri, non vero ipsam iurisdictionem, quomodo etiam accipiendus est textus in c. in litteris 9. hoc tit. ubi fit attenditur proprie-tas vocis eius, quae proprietatem significat, l. bonum 2. §. 1. ff. de religiosis, probari videtur, delegatum proprium quid habe-re; nam in eo textu, & similibus huius tituli, usus iurisdic-tionis late dicitur iurisdictione ipsa; & in eo sensu, quia de-legatus habet usum iurisdictionis, aliquando dicitur habere iurisdictionem ipsam. Etiam supra dictis opponi solet textus in leg. cognitio 4. de officio eius, in illis verbis: Cum propriam iurisdictionem legatus suis dederit. Ex quibus deducitur, legatos, quibus mandat iurisdictione, eam proprio iure habere. Sed ut huic difficultati satisfaciamus, examinanda est illa satis vexata quaestio, utrum videlicet Legati Procoofalis, quibus iurisdictionem demandant Procoofales, habeant eam, ut pro-priam, an ut delegatam? Et eam habere, ut delegatam, sua-rii videtur ex l. cum Prator 12. §. 1. ff. de iudicibus, l. sicuti 6. vobis, ff. de officio eius, ex celebri loco Julii Caesaris l. 2. comment. ubi ait: Non te ignorare, quod est officium Legati, qui iudicium operam obtinet. Haec tenet opinionem P. Barb. in d. l. cum Prator, n. 178. Olualdus l. 17. Demilli, c. 8. tri-ptyli lit. N. Sed contrarium sentiamus, imo proprio iure iurisdictionem habere, docuerunt Anton. Faber in d. l. cum Prator Faber in l. nemo 70. ff. de reg. iuris, Covarr. l. 3. tom. 2. n. 10. Cajac, l. 7. obs. c. 21. quorum sententia probatur ex l. 3. ff. qui, c. a quo appellatur, ubi probatur, a Legato ad Procoofalem appellari, ad quem fit mandatum iurisdictionem exerceret, appellari non potest, l. 1. §. r. ff. eodem tit. Pacit textus in l. 1. §. 1. ff. de tutor. & curat. ubi ipse tutor dat, cum hac potestas mandata iurisdictione non transeat, l. nec mandatum 8. ff. de tutor. Tandem faciunt alia, quae expende-bamus in c. 1. hoc tit. pro interpretatione textus in l. legatus; quae rependa sunt pro huius quaestioni expositione.

7. Delegatus representat delegantem. Diximus tandem in diffinitione: Delegantis personam repre-sentans. Ut cognoscatur, iudices delegatos representare iudi-ces delegantis, quorum iurisdictione, & potestate utuntur: unde deducitur, ex persona delegantis estimandam esse iurisdictionem delegati, ut in presenti docent Olualdus l. 17. Do-nell. c. 8. lit. L. Alciatus in rubrica de officio eius, n. 25. & si-militer exceptiones, quae opponi poterant deleganti, obstat etiam delegato, c. l. de officio Vicarii, l. 6. nisi sit specialis, seu personalis exceptio, quae delegato non obicitur, c. si quis 4. de foro compet. ubi Cajac. Scaccia de appell. q. 7. n. 42. Mo-neta de comment. c. 8. n. 610. licet in delegacionibus extrajudi-cialibus debitoribus factis aliud observetur, exceptio enim, quavis realis, quae delegantis obstat, delegato non potest opponi, l. si quis 12. l. doli 19. ff. de donat. ratio discriminis redditur in d. l. si quis 12. quia videlicet cum hac delegatio ce-lebretur novatione facta, & interposita stipulatione, remitte-re videtur exceptionem is, qui denuo promittit. Circa casum autem textus in d. l. si quis 12. observandi sint textus in leg. ff. de iurisd. 16. ff. de fideiussore l. 2. §. idem, ff. de eo, quod certo loco, & qui alii 12. ff. de operi liber. in delegatione vero, de qua in hoc titulo agitur, cum nulla novatione intercedere iurisdictione committitur, committitur, ut erat apud delegantem, cujus personam delegatus representat, ut in hoc textu docetur. Quae omnia procedunt in delegato hominis, non vero in delegato legis, cum lex ipsam causam committit, ut in c. ir-regulari 13. §. eorum, de officio Ordin. canonico, de clerico, agro, l. 6. c. ad audientiam, de bare, lex enim, aut Senatusconsultum plerumque delegat, l. exceptio 19. ff. ad Syllan. l. 1. §. ff. de damnio infecto, notat Scipio Gentilis l. 3. de iurisd. c. 25.

8. De iudice ordinario. Iudex ordinarius ille dicitur, qui propria habet iurisdic-tionem, aut iure aut consuetudine, l. more 5. leg. c. quia, ff. de iurisd. c. conseruata, de offic. ord. Trid. sess. 24. de reform. c. 1. Docent plures laudati a Barbola in rubrica de off. ord. unde cum iure proprio, non alicujus personam representans, iudex ordi-narius iurisdictionem obtineat, differt valde a iudice dele-

gato, qui nihil proprium habet, sed tantum delegantis per-sonam representat: aliquando tamen condicit, ut ordinarius simul sit delegatus, cum videlicet illi committitur causa, cu-sus cognitio iure ordinario ad ipsum non spectabat, quem casum late disputabimus in c. licet, de Officio Ordinarii.

9. Traditur ratio de iudice. Ex quibus facile cognoscitur maioritas, & praerogantia iudicis delegati Pontificis supra omnem ordinarium, quae etiam redditur a nostro Alexandro in illis verbis: Iudex a nobis delegatus vices nostras gerit. Nam cum iudex delegatus iurisdictionem representet, cujus vices gerit, & iurisdictionem exerceret in causa sibi commissa; & delegantis iurisdictione sit supra omnem iurisdictionem ordinariam, necessario & ipius delegatus in causa sibi commissa, in qua vices ipius delegan-tis gerit, maior erit quocumque ordinario, cum helta per ipsum delegatum, per Pontificem gesta credantur, c. si cui 12. de prob. l. 6. Glossa 2. in fine, in c. litteris, de vester. Unde quia absurdum, & indecorum erat, ut simplicis clerici a Sede Ro-mana delegati, in causis sibi commissis majores constituerentur Episcopis, & Archiepiscopis, statum fuit a Bonifacio VIII. in c. statum, hoc tit. l. 6. ne causa delegatur nisi ha-benti dignitatem, vel Canonice in Ecclesia, alias gesta a delegato invalida sint. Docent plura ad huius textus inter-pretationem adduceat, Tondutus resol. canon. c. 77. & 87. Petrus Greg. l. 1. de rescriptis, c. 53. Barbola de canonis c. 19. c. in ramis, ad Trid. sess. 24. de reform. c. 10.

10. Diffinitio ratio de iudice. Nec obstat difficultas supra pro dubitandi ratione perpen-sa, qua moti Barbatia, Alciatus, Jacobus de Nigris, & Cor-rafius, quos referit Angujanus d. l. 3. de leg. c. 33. existimantur dif-ficem esse constituendum inter delegatum Principis, & de-legatum inferioris, ut delegatus Principis maior sit quocum-que ordinario, non ita delegatus inferioris Magistratus. Sed hoc distindio sustineri non potest, siquidem tantum delegatus in-ferioris Magistratus, quam Principis egerant vices delegan-tis: igitur etiam delegatus inferioris Magistratus maior est quocumque ordinario, cui praestitit ipse Magistratus, qui dele-gavit. Alter Berojus interpretatur nostram Alexandri decisi-onem; asserit enim, delegatum esse majorem illi ordinariis, quorum causa suscipit terminandam, id est illis, ad quorum iurisdictionem causa commissa spectat, juxta illa verba nostri textus: Quorum causam suscipit terminandam. Quae verba acci-pit ipse Berojus, non ut emolumentum, & utilitas ipsius a-gitionis ad Episcopum spectaret, sed quia causa delegata ad eius iurisdictionem pertinebat. Sed etiam haec interpreta-tio admitti non valet, cum repugnet contextura huius textus. Primo, quia Alexander in presenti regulam generalem, & eius rationem assignat in illis verbis, Delegatus vices nostras gerit; unde in causa illa superior est, & major illis, quorum causam suscipit terminandam. Deinde quia in huius textu specie utilitas actionis ad ipsum Episcopum spectabat, ut ex eius verbis constat: quare Beroii sententia sustineri non potest, nisi non inficiet, ex praesenti deiectionem non recte probari, omnibus Ordinariis majorem esse iudicem delegatum, etiam in causa sibi commissa. Sed juxta alia juris testimonia, & rationes supra perpenfas, defendenda est supra tradita asser-tio. Nec tunc obstat praedicta dubitandi ratio; nam licet iudices ordinarii representent ipsam Principis personam, atque eius vices gerant; longe tamen altere delegati delegan-tis personam sustinent: siquidem iudices ordinarii propter officium, aut dignitatem, mediante Principis electione iurisdic-tionem obtinent; delegati vero specialiter propter specia-lem commissionem ipsius delegantis, unde majori specialita-tis ratione ipsius delegantis personam representant, & vices gerunt. Nec obstat textus in d. c. significasti, de officio ordina-rii, ubi docetur, iudicem ordinarium posse supplere iurisdic-tionem iudicis delegati. Nam specialiter textus ille procedit, quatenus ad extruenda peccata, possit iudex ordinarius supplere negligentiam iudicis delegati, ut docet Angujanus d. c. 33. & nos dicemus in eius textus commentario. Nec quod dicebamus videlicet iurisdictionem delegantem esse ac-cidentalem, & per consequens non esse praerogantiam, quod expendit Riminaldus in rubrica ff. de officio eius, procedit, & locum habet, quando causa naturalis, & accidentaliter ten-dunt ad eundem effectum; focus autem, quando invicem pa-geant, tunc enim natura rei alterata esse dicitur, & praerogantia causa accidentalitatis, l. 1. §. ad iustitiam, ff. de postul. unde in concursu iurisdictionis delegatae, & ordinariae circa eandem causam praevaleat delegata, quae ordinaria derogat, & in eius praedictum coarctatur.

CAPUT XII.

Idem a Eboracensi Archiep. & Episcopo Conventrensi.

EX parte N. Cappellani nobis innouit, quod cum ad te, b frater Conventer. litteras nostras impetravit, ut ei Archidiaconat. quem in Ecclesia primo vacare contigerit, assignare; R. advenarius ejus ad te, frater Eborac. litteras, sicut dicitur, impetravit, nulla de vicibus habita mentione; ut si e avunculus tuus Archidiaconatum, quem habebat in ea Ecclesia, vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur, si memores sollem-nis, nos praefatos N. litteras nostras, sicut praediximus, direxisset, pro adversario nullatenus scripsissemus; nolentes litteras nostras, quas pro eodem N. misimus, occasione hac effectui carere: s. c. per A. l. pra. m. quae praescriptum Conventrensem commoneat, ut praefato N. Archidiaconatum Ecclesia sua, si vacat, juxta promissum suum assignet, non obstantibus litteris, quae ab adversario ejus postmodum fuerint impetratae, tacita veritate.

NOTÆ.

a Dom. ) Similiter legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 17. & post Conc. Later. p. 7. c. 31. De Eboracensi, & Conventui Ecclesie aliqua adduxi in c. 2. inter ceteras, de re scriptis. b Frater. ) Ita appellatur Episcopi, & Prælati Ecclesiastici, cum Rom. Pontifex illis rescribit, & quam gravis, de eximio falsi.

CAPUT XIII.

Idem a Eboracensi Archiepiscopo.

EX parte tua quaesitum est a nobis, utrum cum causam aliquam sub certa forma committimus, iudices delegati formam sibi commissam ita debeant sequi, quod rationabiles exceptiones non admittant. Super quo taliter respondemus, quod etsi aliquando iudici expediat formam sibi statutam servare, debet tamen rationabiles exceptiones admittit, & in causa iuxta aequitatem procedere, nisi exprimat in litteris nostris, quod nulla debeant exceptiones admitti: quod nec nos, nec antecessores nostros unquam credimus expressisse.

NOTÆ.

a Eboracens. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 18. & post Conc. Later. p. 7. c. 31. De Ecclesia Eboracensi late egi in c. 4. de re scriptis.

COMMENTARIUM.

Præfens decisio spectat ad primam hujus rubricæ partem, in qua agitur de officio delegati. Ad delegatam enim spectat ratio propria officii partes jubere coram se comparere, & præterea 5. hoc tit. formam fidei delegationis diligenter servando, c. venerabilis 27. hoc tit. c. cum dilecta 22. c. Rodolphus 35. de re scriptis. Debet etiam delegatus ratione officii juris ordinem servare, exceptiones justas, & rationabiles admittendo, c. causam que de re scriptis, & omnes, nisi aliter in litteris delegationis comprehendatur: cum enim nullam aliam habeat officium, nisi in litteris delegationis præscriptam, illud debet diligenter custodire, argumento textus in l. diligenter, ff. mandati; & tunc exceptiones tantum admittit potest rationabiles; non enim Apostolica Sede inhibendo exceptiones admittit, intendit omnes rejicere; nam que legitime sunt, & rationabiles, non solent rescripto Principis reji, l. 2. c. de præfens, nec jus proprium auferatur a reo, aut via defensionis ei præcludatur, ut docent Olualdus ad Donel. l. 22. c. 9. lit. E, plures relati a Barboia in præfenti. Nec contrarium probant textus in c. later 2. q. 7. c. placuit 21. q. 2. c. si homo 27. q. 1. Ex quibus Glossa in præfenti, v. Cestriam, intendit probare, exceptiones omnes rejici solere a R. Pontifice. Nam omnia solutio Petri Gregorii in c. eam te 7. de re scriptis, n. 3. qui affirmat nostrum Alexandrum in præfenti oblitum decisionum prædecessorum suorum afferuisse, nunquam Sedem Apostolicam censuisse exceptiones rejicere in iudicio dicendum est, in dictis decretis agi de causis criminalibus, in quibus sua natura exceptiones, seu dilaciones facile rejiciuntur: unde R. Pontifex potuit eas committere, rejectis exceptionibus.

CAPUT XIV.

Idem Abbati, & Conventui majoris a monasterii.

Quoniam Abbas b Licetria, qui prius suscepto mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit præhabito consilio prudentum, Abbatem c Licetria de novo substitutum iudici d præmortuo, porrecto illi mandato, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum, commissio litterarum a nobis emanavit, sibi socium in causæ cognitionem adjunxit, ideo nos sententiam eorum, sicut rationabiliter lata est, ratam, & firmam habemus.

NOTÆ.

Majus monasterii. ) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 19. post Concilium Later. par. 46. c. 4. Majus monasterium est in Gallia, in civitate Turon. D. Martino Turonensi dicitur: ob ejus amplitudinem, & quia alia minora monasteria prope illud constructa, illi subdita erant, dictum fuit monasterium majus, ut plura de ipsius monasterii origine, & progressu adducentes tradunt Yepes l. 1. Chron. D. Benedicte, cont. 1. c. 2. Renatus Chopinus l. 2. monast. tit. 1. n. 11. Frater Sarmat. l. 4. Gallia, fol. 189. Mentio hujus monasterii fit in c. dilectus, ut lite pendente, c. inter, de excessibus Prælat. apud Carnot. ep. 4. ubi notavit Sachenus; & ep. 108. ubi plura adduxit Jureus. Bernardo Abbati hujus monasterii missa est præfens decisio, quæ tam in prima, quam in sexta collectione caret prima parte. Relinquenda tamen est ex dicto Concilio Later. par. 46. c. 4. ubi ita habetur ( Jam pridem, sicut bene meminimus, recepta quærela vestra de Cestria capella de Herdelei, quam ad Ecclesiam vestram de Estun abeveratis jure parochiali spectare, & contra iustitiam detinebant, causam ipsam Abbatibus Licetria, & Lilleshulle commissimus terminandam: ita quidem, quod si perque interesse non posset, alter nihilominus, adfectis sibi discretis, & honestis hominibus, in negotii executione procederet. Accidit autem inopinato rerum eventu, sicut ex litteris tuis, & fratrum vestrorum, sibi Abbas, intelleximus, quod antequam partes in iudicio apparuissent, Abbas unius loci, Lilleshulle scilicet, de præfenti vita migravit, cui vir alter in brevi prudens, & religiosus successit. Deinde Abbas Licetria, qui prius mandato nostro partibus diem ad agendum præfixit, habitoque consilio virorum prudentium, & juris peritorum, Abbatem Lilleshulle de novo substitutum; porrecto illi mandato nostro, quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum, commissio litterarum a nobis emanavit, sibi socium adjunxit; & sicut ex litteris eorumdem accepimus, cum utraque pars legitime citata Lepius in eorum præsentia confisteret, auditis rationibus, allegationibus hinc inde productis, & testibus idoneis, & eisdem de non tacenda veritate juratis, eaque diligenter inquisita, & cognita, cum de jure matricis Ecclesie de Estun eis plenaria constaret, accepto multorum virorum legitimum, & approbatorum, tam laicorum, quam clericorum

testimonio, prædictam capellam de Herdelei Ecclesie de Estun prudentium virorum consilio adjudicaverunt. Venerabilis etiam frater noster Vigorn. Episcopus, qui tunc præfens aderat, eorum sententiam executioni mandavit, & monachos tuos, sibi Abbas, qui ibi aderat, & te quoque sibi procuratorem negotii in præferti Ecclesia, qui in eisdem Episcopi dicecesis consistit in corporalem per officiales suos possessionem introduxit. Quia igitur res, sive controversia, quæ concordia, vel iudicio finiuntur, in recidiva contentione scriptulum non debent iterum aliquatenus redigi, præfentis scripti patrocinio eam vobis confirmamus, &c.

b Cestria. ) Cestria civitas est in Anglia prope Londinensem, olim Episcopalis Cathedra, ex civitate Lichfeldiana ibi translata; sed postea in Conventum mutata, & demum ad pristinum Sedem restituta, ut refert Cironius in c. dilectus, de sequest. possess. Hujus civitatis meminit Alexander in præfenti.

c Licetria. ) Monasteria Licetria, & Lilleshulle, de quibus in præfenti, sunt Canonicorum regularium D. Augustini in Anglia, in Comitatu Salopie, ut refert Pennotus in hist. canon. regul. l. 2. c. 77. in ipso Comitatu.

d Jure præmortuo. ) Hæc verba expolui in c. scilicet, de re scriptis.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu committitur sequens deductus assertio: Mortuo delegato expirat jurisdictione delegata, nisi iurata dignitas mandata sit; quia tunc ad successorem in dignitate transit. Probant eam textus in cap. dudum 27. 18. quæst. 2. cap. pastoralis, §. præterea, de officio Ordinarii, c. si quisquis 5. de re scriptis, l. 6. c. si quis, hoc tit. eodem l. Consonant lex 47. tit. 18. par. 3. Illustrant ultra congestas a Barboia in præfenti, c. de canonico c. 3. n. 11. Sahagun, & Causius in hoc textu, Petrus Gregor. l. 5. par. tit. 5. c. 3. Mouta de commut. c. 8. n. 114. Covarr. in c. requisisti 15. de testamentis. Bajo-Arroyo in c. final. de procur. l. 5. n. 56.

Sed adversus hæc assertionem infertur potest sequentibus rationibus. Prima ex eo nascitur, nam certum est, mandatum extingui non solum morte mandantis, verum etiam mandatarii, l. inter 26. l. si quis alius 27. §. morte, ff. mandati leg. tit. 1. Inter 26. l. si quis alius 27. §. morte, ff. mandati leg. tit. 1. Inter 26. l. si quis alius 27. §. morte, ff. mandati leg. tit. 1. Inter 26. l. si quis alius 27. §. morte, ff. mandati leg. tit. 1. Inter 26. l. si quis alius 27. §. morte, ff. mandati leg. tit. 1.

judicis delegati, etiam expresso dignitatis nomine, sicut mandata jurisdictione. Accedit, nam si expresso dignitatis faceret, ut mandata jurisdictione transiret ad successorem, transiret ad verus successorem partis, contra quem sub nomine dignitatis rescriptum impetratum fuit: sed adversus eum successorem in hac specie non transit jurisdictione delegata, c. si quisquis 36. de re scriptis, ubi alia adduxi: igitur nec præteritu dignitatis expressæ jurisdictione delegata transit ad successorem in dignitate ipsius delegati. Augetur secundo hæc difficultas, nam si ea, quæ intuitu dignitatis conceduntur, transiret ad successorem in dignitate, sequeretur, ut juramentum fidelitatis factum R. Pontifici, & ut Pontifici, non deberet ejus successoris iterum fieri; sed deberet iterari in persona successoris, cap. ego 4. de jenerat. ubi Balboa n. 16. igitur nec jurisdictione delegata, quæ expresso dignitatis nomine conceditur, ad successorem in dignitate transit. Augetur tertio difficultas sequenti ratiocinatione. Mortuo Episcopo ejus Capitulum succedit in omnem ipsius jurisdictionem ordinariam, cap. his que 11. c. olim 14. de major. Et obsequit, c. v. eod. tit. in 6. c. ad abolendam 3. ubi Glossa v. Sede vacante, cap. penul. Et fin. de supplicat. negl. eod. tit. cap. 1. de instit. in 6. Clem. 1. §. de hereticis, Trident. sess. 22. de reform. c. 10. c. sess. 24. cap. 6. Sed si jurisdictione mandata sit Episcopo etiam sub nomine dignitatis, Capitulum eo defuncto non succedit in jurisdictione delegata, ut desistant in præfenti Abbas, Pelinus, Mantua, & Berolus; Azevedus ad Curiam Fisanam, lib. 1. c. 3. n. 12. Sbrozius de officio Vicarii, lib. 1. c. 16. n. 1. Et lib. 2. c. 135. n. 4. igitur quia jurisdictione delegata sub nomine dignitatis concessa ad successorem non transit.

Hæc difficultas ita soluta non obstat, verum est Alexandri decisio, videlicet jurisdictionem alicui mandatam sub nomine dignitatis, non finiri morte ipsius delegati, sed ad ejus successorem transire: curis decisionis rationes varias afferunt DD. supra citati. Aliqui rationem petunt ex illius verbis hujus textus: Quia sub expresso nominibus, &c. sed in eis vera ratio non assignatur, imo differentia constituitur inter delegationem factam sub nomine dignitatis, & factam sub nomine proprio. Quare ea omnia, placet communis ratio a reprobantibus in præfenti adducta, videlicet privatam personam decedere, dignitatem autem nunquam mori, c. si quisquis 5. de re scriptis in 6. c. libere 65. 12. qu. 2. c. requisisti 15. de testamentis. Unde iudex delegatus sub nomine dignitatis continuatur in successore, nec præsumitur decessisse. Quod non procedit in persona privata, cum individua quotidie pereant, l. si quis in fundo 14. ff. de legat. 1. Unde credi non potest, ipsum delegatum vivere, cum factio ipso decessisset; & ea quæ sunt facti, frangi non possunt, l. in bello 12. §. facti, ff. de captivi. Docent in præfenti Virianus, Sahagun, & Causius, Petrus Pechius in regula Prælegia, de reg. juris l. 6. in cuius rationis confirmationem expendi solet textus in l. quod Principi 56. ff. de legat. 2. ubi docetur quod si Principi legatum relictum, & decedat antequam dies legati veniat, legatum successori debetur, quod in aliis legataris particularibus non procedit, nam si decedat antequam dies legati cedat, non transmittitur legata ad heredes, l. si post diem 5. quando dies legati: cuius specialitatis ratio non provenit ex eo, quod Princeps solutus fit lege Papia, l. Princeps, juncta inscriptione, ff. de legibus: sicut legibus Glicia, & Falcidia, l. Papianam 8. §. Imperator, ff. de testibus testam. l. 4. c. ad l. Falcid. ut docent Cajacius l. 1. §. de serv. c. 20. Panciroli lib. 2. var. c. 5. Madera animadu. c. 35. n. 2. & Merillus lib. 1. observ. c. 19. Pareus in orio quadrimestris, 2. §. n. 3. sed potius ex eo, quod legatum Principi relictum magis dignitatis, quam persone relictum creditur, ut docet Gothofredus in d. l. quod Principi. Quod etiam procedit in legataris particularibus, si nomine dignitatis legatum reliquatur, ut sacerdotis, leg. annua, §. 1. ff. de annui legat. ubi Cajacius, leg. sancimus 46. §. fin. leg. ult. C. de Episc. & clerie. Nec contrarium faceret textus in l. si Augustus 37. ff. de leg. 2. ubi contrarium docetur in legato relicto Augustæ, videlicet, quod si ipsa decedat ante cessionem legati, ad successorem illud non transmittitur; & tamen ipsam Augustam eisdem privilegiis frui, quibus Princeps utitur, docetur in d. l. Principi 31. §. si quis 6. ff. de iure sibi leg. bone 3. C. de quadrien. præscript. Nam discriminis ratio ex eo provenit, quod mortua Augustæ, alia non eligatur, aut succedat in ejus locum; potest enim contingere, ut Imperator aliam non deat in uxorem; & si deat, non successiones jure ducitur: quod totum contrarium contingit in Principibus, qui successore necessario datur, aut hereditario jure, aut electione, iuxta leges, aut consuetudines Imperii.

Etiam pro illustratione, & confirmatione prædictæ decisivæ rationis adduci solet exemplum deductum ex privilegio; licet enim privilegium personale, idest persone concessum, extinguatur cum ipsa persona, nec ad ejus heredem transeat, l. privilegium 196. ff. de regul. juris. c. privilegia, eod. tit. in 6. si tamen concedatur alicui dignitati, vel communitati, est adducta ratione, videlicet quia dignitas nunquam moritur, perpetua privilegium est, & ad successores in dignitate transmittitur, l. forma 4. §. quinquam, C. de censibus, l. maximam, C. de excus. maner. l. 10. Nec contrarium docetur in l. iherosolimitanum 13. C. eod. tit. dum in ea deciditur, privilegia excusationum munerum aliquid intuitu dignitatis concessa non transeat ad successorem in dignitate; nam omnia solutio Accursii in eo textu, qui existimata ibi agi de herede, ad quem privilegium nunquam transit, dicendum est, Imperatores tractare de privilegio dato, seu concessio alicui contemplatione dignitatis: sed eo an-

mo, ut ad successorem in ea non transiret, ut constat ex illius verbis: Neque enim potest esse perpetuum, quod non rebus, sed personis, contemplatione dignitatis, neque militibus indolis consistat. Facit etiam pro prædicta decisiva ratione, quod communiter traditur de executoribus testamentorum, aut commissariis ad testamentum condendum; licet enim morte eorum finiantur officium, c. 2. §. fin. de testam. lib. 6. Petr. Pecchius de testam. consueg. l. 1. c. 30. n. 13. tamen si sub nomine dignitatis quis sit datus executor, aut nominatus commissarius, & electa non sit persone industria, successor in dignitate potest exequi munus sibi injunctum, ut docent Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 27. n. 29. Cargio de executoribus l. 3. c. 7. n. 16.

Nec huic rationi præfentis decisionis ita receptæ, & illustratæ obstat textus in c. 1. de off. Vicarii, l. 6. ubi excommunicatio prolata in Vicarium Episcopi, tamquam in Vicarium, non transit in successorem in officio ipso, vel dignitate: igitur quia quæ geruntur sub nomine dignitatis, ad successorem in ea non transeunt. Augetur difficultas ipsius textus ex c. ad causas 7. de immum. Eccles. ubi excommunicatio prolata in Magistratum sacralium imponitur tribus Ecclesiæ, seu personis ecclesiasticis, transit in successorem ipsius Magistratus. Pro cuius difficultas solutio dicendum est, certum esse, successorem in dignitate non ligari excommunicatione, quia ligatus erat ejus antecessor, d. c. 1. de off. Vicarii; quia uniusquisque ex suo delicto sorti subicitur, nec alieni criminis quis successor constituitur, l. crimen 26. ff. de penis: quia juxta Cassiodorum lib. 2. variat. c. 11. quodcumque delictum suo sequitur auctoritas; quod procedit nisi successor ipse in ipsa dignitate particeps sit sceleris: tunc enim ratione proprii reatus eadem ligatur censura, c. 1. in fin. ut lite non contest. ut contingit in specie textus in d. c. adversus; iudex enim secularis particeps erat delicti, quia non satisfaciebat personis ecclesiasticis ob gravamen illarum ab antecessore; unde ratione proprii criminis in excommunicationem incidit antecessoribus illarum. Docet Glossa in d. c. adversus, verbo successorem.

Manet ergo, jurisdictionem delegatam mandatum iudici sub nomine dignitatis, transire in successorem eisdem dignitatis, quæ assertio accipienda est, si non sit electa persone industria; tunc enim etiam ad successorem in dignitate non transit, cap. fin. §. fin. hoc tit. Causius in præfenti; est jurisdictione mandata sit tantum sub nomine dignitatis, ut Petro Episcopo Salmantino; tunc enim ejus morte finitur jurisdictione, nec ad successorem in Sede transit: nam quoties persona exprimitur, personalis est commissio; quoties vero dignitas, realis: ita post alios Germonius de iudicibus Carolin. §. Hieronymus, n. 49. Sanchez l. 8. de matr. disp. 23. nisi alia sit voluntas delegantis. Unde inferitur, causam commissam Vicario Episcopi, mortuo eo, vel revocato, non transire in ejus successorem. Abbas in præfenti, n. 10. Gamba de off. Legati l. 8. n. 37. & l. 9. c. 33. talis enim jurisdictione mandata Vicario ut Vicario, commissio videtur habita contemplatione officii, quod exercet. Flores de Meno lib. 1. variat. c. 4. licet contrarium opinionem teneat in præfenti Felinus n. 7. Decius n. 9. Berolus n. 11. Mantua n. 32. Riccius in præf. decis. 615. Hoc tamen procedit in Vicario Episcopi successore alterius; non vero idem dicendum est in Vicario Capitali Sede vacante; in eum enim non transit jurisdictione delegata Vicario Episcopi, ut docet Barboia de potest. Episcopi, allegat. 54. n. 142. Similiter fit causa commissio fit iudici synodali ex his, qui eliguntur in Synodo diocæsanâ, ex dispositione Concilii. Trid. sess. 25. de reform. c. 10. & ipse iudex decedat, postquam in causa procedere cepit, eligitur synodalis iudex ab Episcopo, non succedit in causa commissio iudici synodali, quia talis delegatio potius personalis, quam realis iudicatur: quare resignata ipsa dignitate, seu præbenda, cuius synodalis electus fuit, adhuc potest procedere in causa, ut censuit sacra Congregatio, referente Parinacio in d. c. 10. Concilii. Trid. & docent Flaminius de resign. lib. 1. q. 1. n. 4. Cevallos communium q. 667. n. 10.

Nec obstat dubitandi rationes supra adductæ. Non prima; nam licet verum sit, morte mandatarii finiri mandatum, in præfenti tamen casu non decedit mandatarium, siquidem dignitas nunquam moritur: unde non est ratio quare jurisdictione mandata expiret. Nec primam argumentum deductum ex d. c. si quisquis, de re scriptis, obstat; nam discrimen est constituendum inter rescriptum impetratum contra aliquem ob debita contracta intuitu, & ratione dignitatis; & inter rescriptum impetratum contra constitutum in dignitate ob debita personalia: primo casu rescriptum transit contra successorem, c. cum dilecti 17. de foro comper. secundo vero casu successor in dignitate non tenetur solvere debita personalia contracta ab antecessore, c. 1. de solut. quo casu procedit textus in d. c. si quisquis 36. nam ibi Comes personalis debiti ratione conveniebatur, unde foror ejus in Comitatu succedens, ratione ipsius debiti, ex rescripto impetrato contra fratrem conveniri non valet. Docent Glossa prima in eo textu, & Abbas n. 4. Nec obstat argumentum secundum deductum ex d. c. ego, de iurejur. nam pro ejus solutione sciendum est, jurantem obedientiam, vel fidelitatem alicui ratione dignitatis, & ejus nomine, non teneri jurare ejus successoribus, quia omnibus obstrictus manet, c. vicarius 14. de solo c. contum. Covarr. in c. requisisti, nu. 2. de testam. & in c. quatuor, v. 1. par. §. n. 4. Suarez de relig. 2. lib. 2. c. 34. perdoctus, & sæpe laudatus Præceptor D. Franciscus Ramos in memoriali pro Episcopo. Lusit. propos. 5. num. 164. si vero juratum sit alicui Prælati sub nomine proprio, etiam expressa dignitate tunc jurandum est etiam ejus successoris, d. cap. ego, ut in hoc accipit Balboa ibi, m. 16. sic etiam qui promissit mandato, seu

7 Exponitur et de officio Vicarii, in 6.

8 Explicatur et de officio Vicarii.

9 Diffinitiones et similitudines.

6 Illustratur prædicta ratio.

precepto iudicis stare, tenetur etiam precepto successoris parere...

non succedit in iurisdictione delegata: quamvis enim subrogatum sapiat naturam subrogati...

CAPUT XV.

a Idem.

Super eo vero, quod subungere voluisti, si de presentatione presbyteri inter aliquos quaestione suborta...

NOTAE.

- 1 a Idem. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 20. & post Concil. Lateran. sub Alexandro III. p. 47. c. 3. fed suppleta est vera inscriptio ex c. tua nos...

ratione juris proprii; siquidem iudex delegatus se ingerebat institutioni, quae ad eos spectabat; unde non a sententia inter patronos dicta appellatur...

CAPUT XVI.

Idem Alexander III. b Arelat. c Archiepiscopo.

Causa matrimonii, quae inter Ermengard. mulierem, & Blosum agitari dignoscitur, venerabilibus fratribus nostris d. Forojul. & Vapincen. Episcopis meminimus commississe...

hominem, sed a Deo sit institutum: discretioni vestrae per A. f. mandamus, quatenus hujus rei veritatem diligenter...

NOTAE.

- 1 a Idem. In prima collectione, sub hoc tit. cap. 21. & in hac sexta tantum legitur idem; sed epigraphen, & litteram textus ita relictus est ipsa epistola Alex. III. l. 12. reg. qd. reperitur post Concil. Lateran. sub ipso celebratum, pars. 50. c. 26.

per Primatu Galliae inter ipsum, & Viennensem Praesulem, c. Araldus 8. q. 3. Eam referunt Baronius anno 445. n. 11. & 450. num. 52. Hallerius de hierarch. jurisd. lib. 4. tit. 4. §. 43. cum sequenti alia dedimus in c. 5. de temporib. ordin.

CAPUT XVII.

Idem a Oxoniensi, & Vintoniensi Episcopo, & Abbati b Herford.

Causam, quae inter F. & R. de nativitate Agathae vertitur, vobis fratres Episcopi, & c. Londin. Episcopo committimus terminandam.

NOTAE.

- 1 a Idem. Ita etiam legitur in cap. 2. qui filii sunt legitimi, in prima collectione; integritatem epistolam dabimus in cap. 4. qui filii sunt legitimi. De Oxoniensi Ecclesia egi in c. propositus 6. de filii presby. de Vintoniensi in c. ceterum, de repositis.

III. Oxoniensi, Londinensi, & Vintoniensi, Episcopis rescriptis ex d. c. causam, d. 2. ut antequam de hereditate & natalibus praedictae Agathae cognoscatur, in possessionem restituerent bonis spoliatum. Sed cum hanc delegationem accepisset Henricus II. Anglor. Rex, quia ipsius, & possessionis causam ad suum iudicium spectare intendebat, Alexander Regi causam possessionis remissa in d. cap. causam 7. & maritalium causam, seu status praedictae Agathae supra illis Episcopis commisit.

CAPUT XVIII.

a Idem.

Cum te consulente, &c. Et infra: Item super causa, quae tibi ex nostra delegatione committitur, si a b personis ecclesiasticis una, vel c pluribus, quibus, ut parcas laboribus partium, & expensis cognitionem ipsius causae, & testium examinationem, sententia tibi reservata, committas, appellatio fuerit interposita, huiusmodi ap. intuitu causam ipsam indefinitam relinquere non teneris.

NOTAE.

- 1 a Idem. Ita etiam habetur in secunda collectione, sub hoc tit. c. 1. Ubi Alexandro III. tribuitur haec decisio. Sed, ni fallor, perperam; nam hujus textus auctor est Lucius III. in epistola missa Cantuar. Archiepiscopo, ut constat ex c. 1. de off. Ordinarii, in secunda collectione, ubi ita inscriptio proponitur. Lucius III. Cantuar. Archiepiscopo, & statim sequitur pars hujus textus, quae deest in presenti, & ita habet. D. D. Genral. in Decretis. Tom. I. Pars II.

tur: Cam te consulente postulas edoceri, utram ad te per tinent sententias in causis, quas iudices in hac provincia delegati a nobis proulerint, confirmare, & licet de causis nihil in tua presentia sit tractatum, Confirmationis tunc taliter respondemus, quod sententiam ipsam, nisi velis, non teneris confirmare; sed id tibi ex officio debito imminere, ut si ad mandatum eorundem iudicum sententia non possit executioni mandari, eis praestes auxilium, & favorem, & ipsam etiam, si noveris rationabiliter latam, potes.

poteris confirmare, Unde cum textus hic auctorem habeat Lucium III. necessario sequitur, causam committam fuisse Balduino, qui temporibus Lucii III. Cantuariensem regem Ecclesiam, cujus laudes, & vitam late prosequitur Richardus Smithus in scrip. de archiep. Cantuar. lib. 2. c. 8. b. personis Ecclesiasticis. Ex his verbis plures repentes in presentem deducunt, jurisdictionem ecclesiasticam tantum ecclesiasticis personis esse committendam, non vero laicis: quod etiam videtur probari ex e. in novo, 16. q. 7. Alii etiam discrimen constituunt inter causas mere temporales, & civiles; & inter causas ecclesiasticas, & criminales. Priores affirmant, posse etiam delegari laicis, posteriores vero tantum ecclesiasticis personis committi posse: ita post Glossam in presentem, Abbas, Decius, Felinus, & alii. Contrarium tamen, imo indistincte omnes causas, tam spirituales, quem temporales, ad iudicium Ecclesie pertinentes, posse non solum a R. Pontifice, verum & ab Episcopis laicis demandari, defendit Augustinus lib. 2. de legibus, c. 29. per tot. Sed ut certa ab incertis separamus, primo dicendum est, R. Pontificem posse jurisdictionem etiam laicis delegare, imo & feminis, cap. Memoriam, 2. qu. 4. & olim minoribus in ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis constitutis frequenter committebat, ut scribitur in e. 4. de translat. Episc. Cantuari in e. ex parte 12. de vrb. sig. in e. cum olim 12. de re iudicata: quod conuenit, & emendavit Bonifacius VIII. in e. statutum 8. de rescriptis, ubi statuit, ut tantum personis dignitatem, & prebendam Ecclesiasticam habentibus jurisdictionem ecclesiasticam delegari possit. Quae Bo-

nifici consuetudo duplici nititur ratione. Prima, quia creditur huiusmodi personas in dignitatibus constitutas scientiam juris, causarumque peritiam habere, e. Metrop. 6. de iud. de defensoribus, circa. Si non igitur: quare iuxta hanc praesumptionem causae reclusi illis, qui privati personis de mandatum. Secunda ratio provenit ex auctoritate iudiciorum, deest enim, ne a privatis hominibus, sed ab illis, qui dignitate praesulent, iudicia exercentur, ut ex Cicerone, & Diono probat Gentilis l. 2. de iuris. c. 13. Si autem Pontifex adhuc post hanc Bonificii constitutionem extulisset commiserit simpliciter clerico, cum clausula, Et res laicae, & sustinetur delegatio, ut probat Barb. de clausulis, clausul. 59. Circa Episcopos autem, & alios inferiores Praelatos dicendum est, jurisdictionem suam delegare posse etiam simpliciter Clerico, e. cum Episcopi 6. de off. ord. l. 6. quia cum Episcopus propter propter propinquitatem exactiorem delegati notitiam habeat, necessarium non est recurrere ad praesumptionem, quae ex dignitate nascitur. Laicis vero jurisdictionem demandare non possunt, tum propter prohibitionem generalis textus in e. de iudicium, de iudicium: tum quia recentioribus Pontificum decretis prohibuitur illis est, ne vicariis laicis ordinibus non initiatis eligere, & constituere possint. Refert Barb. in summa, verbo Vicarius Generalis, n. 1. c. pluribus. Delegatus enim Principis potest non solum iuri, verum etiam pluribus causam subdelegare, ut probatur in e. 3. h. de iur. ex cuius commentario spectenda sunt, quae ad huius textus interpretationem spectant.

C A P U T XIX.

Idem a Lucio III. Cant. b. Archiep. & eius c. Suffraganeis.

Relatum est ex parte vestra, quod licet in commissionibus a sancta recordationis Alexandro Papa III. Praedecessore nostro factis fuerit appellationis remedium amotum: altera tamen partium, siue his fuerit contestata, siue non, expirasse mandatum morte mandatoris allegat: ideoque negotiis omnibus postpositis, in suspensum mandatum Apostolicum expectatis. Nos igitur consultationibus vestris praesentium auctoritate respondemus, quod si lis contestata fuerit ante obitum praedecessoris nostri, mandatum in morte mandatoris nullatenus expiravit. Si vero ante litem contestatam decessit, non est in eo casu a iudicibus, quos delegaverat, ex delegatione huiusmodi procedendum, etiam si ab eis minime fuerit appellatum. Poterit ergo in eo casu appellatione cessante procedi, in quo ante mortem mandatoris lis fuerit per conquestionem, & responsum partium contestata. Ubi autem mors mandatoris, lite contestata, praecessit, penitus subsistat, siue fuerit, siue non fuerit appellatio nis oblatum interjectum.

N O T A E.

Ubi in cap. 22. hoc tit. in 1. collect. & post Concilium Lateran. p. 7. c. 22. ex quo ita literam huius textus restituo.

Archiepiscopo, Balduino videlicet, de quo in cap. antecessori. Quos referunt Carolus a S. Paulo in Geograph. sacra, pag. 166. Barboia p. 1. de potest. Episcopi, in verba Episcoporum.

C A P U T XX.

Urbanus III. de a Vellebec. & de Olseffon. Abbatibus.

Gratum gerimus, & acceptum, quod in negotiis vestra discretionis commissis debitam curam impenditis, & in his, quae dubitationem faciunt, pro gravitate officii vestri censuram Sedis Apostolicae postulatis. Sane constituit nos devotio vestra, an ante obitum delegantis, proposito citationis edicto, lite vero post mortem contestata, delegatus iudex nihilominus debeat in causa procedere: & utrum sit intelligitur ap. renuntiasse, & quae interposita, ad producendos testes inducias postulat; & demum productioni, & allegationi renuntiasse, attestaciones petit, oblatum publicari: sicut hoc totum circa decessum bonae memoriae praedecessoris nostri b. Lucii Papae, qui vos iudices delegaverat, sub examine vestro asseritis contigisse. Nos autem inquisitioni vestrae taliter respondemus, quod in casu priori, cum citatione facta negotium sit quasi coeptum, & maxime si delegatus non sit certus de obitu delegantis, potest, & debet in causa procedi, tenebitque quod iustitia fuerit pravia, iudiciali tramite distinctum. In secundo vero casu videtur ab appellatione recessum, si secundum ea, quae praemissa sunt, eum qui appellaverit, consisterit processisse.

N O T A E.

Vellebec, Ita legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. fin. & post Concil. Lateran. pag. 48. c. 5. sed falso; legendum enim est, Abbatibus de Bello Baco, & Olseffon. Quae monasteria sunt Ordinis Cisterciensis in diocesi Rhodome. Quorum unum meo fit in e. cum venisset, de testibus, c. cum conuenerit, de appell. & alia de eis adducit Illustrissimus Marique l. 2. notul. Cister. anno 1148. c. 13. n. 1. Lucii. Tertii videlicet, qui decessit Verona 7. Kalendas Decembris anno 1176. cui successit unanimi omnium Cardinalium suffragio Urbanus III. ut refert Baronius in eo anno.

Clement. fin. de procurat. l. 4. ff. qui satisfere, l. ult. de panis, novella 134. l. 1. c. quia, ff. de iuris. Faciant textus in l. inter 26. ff. si quis alius, c. si morte, ff. mandati, l. mandatum 15. c. eodem tit. l. questum, §. sustinuit, ff. qui, c. a quibus, l. eius, qui 41. §. non et ff. ff. de reb. cred. l. fin. ff. de solut. l. 2. §. sed si quis, ff. de novat. l. cum pater 29. §. Marci, ff. de legat. 2. v. res, ff. de mandati, l. 12. c. 22. tit. 4. l. 33. tit. 5. part. 3. quibus probatur, mandatum morte mandantis finiri, & Illustrat post antiquiores, & congehos a Barboia de iuris, Morla de iuris, q. 1. n. 92. Accenna in d. c. principali, Cujacius 99. Pappinus, in l. 5. de off. Proconsulis, Moneta de commat. c. 8. n. 899. Castillo lib. 2. c. 29. Solozanus lib. 3. de iure Iudic. c. 25. Valensis l. 1. negotii, tit. 16. Petrus Gregor. de rescriptis, c. 3. Geronimus l. 1. animadu. c. 7. Luna, & Arellanus l. 1. singular. animadu. 9. Sanchez l. 8. de marit. disp. 28. n. 30. Bobadilla l. 2. polit. c. 7. n. 23. Abruzzo in lectura ad leg. 1. de off. eius, q. 9. Tapia l. 1. Cetera moral. lib. 4. q. 22. Sahagan, & Otero in presentis, Paz in l. 1. filii, Bassius de matr. l. 5. c. 23. Goveanus in l. 6. ff. de iuris. Gentilis lib. 2. eod. tit. c. 29. Pinellus l. 2. de test. c. 6. Covar. l. 3. variat. c. 15. Narbona de appell. n. vicario l. 1. p. n. 77. Molina de primis, l. 2. c. 7. n. 63. Acacius Ripol. variat. c. 4. n. 433. Vega in rubrica de foro compta, n. 18.

Delegaverat. Quae causa refertur in e. cum venisset, de testibus.

C O M M E N T A R I U M.

EX his duabus decisionibus Lucii, & Urbani deducitur in utroque iure factis recepta assertio: quod Mortis contestatione non tollit iudicium delegatum, ut integra. Quam probant textus in e. principali 15. de test. c. 6. quoniam, c. licet 30. hoc tit. c. quos 6. cum leg. c. cum plures, var. de iurisdictione, c. fin. §. officium, hoc tit. in 6. c. cum venisset 25. §. mandatum, de testibus.

Sed hac assertio ita illustrata ingentes patitur dubitandi rationes. Prima nascitur ex eo, nam valet argumentum de ratione. Prima nascitur ex eo, nam valet argumentum de ratione.

mandato extrajudiciali ad actus privatos, ad mandatum jurisdictionale, quo jurisdictione delegatur, ut in quibus, ubi sic in reliquis casibus ff. de iuris. sed mandatum ad actus privatos non finitur morte mandantis, etiam re integra, ut probant textus in l. fundi 6. §. ff. de acquir. possess. l. i. titulus 11. §. si non, ff. de non. iuris, l. si quis 17. §. impubes, ff. de instituta, igitur similiter jurisdictione delegata non finitur morte delegantis. Anger primo hac dubitandi ratio ex eo; nam si jurisdictione delegata, dea mandata, morte delegantis finiretur, etiam jurisdictione non finitur morte dantis, cum tam una, quam alia pendat ab aliena voluntate: sed iudicis dati potius, quae iudicium non finitur morte dantis, l. venditor, §. 1. ff. de iudicium: igitur nec jurisdictione mandata morte mandantis finitur. Fulcitur secundo hae difficultates ex eo, quia si jurisdictione delegata morte delegantis finiretur, sequeretur jurisdictionem subdelegantis finiri etiam morte delegati, cum ab ipso subdelegato pendat. sed sic est, quod jurisdictione subdelegata non expirat morte subdelegantis, ut probat Goveanus in l. 2. ff. de iuris. nam 99. igitur nec jurisdictione delegata morte delegantis finitur. Secundo adversus secundam partem huius assertionis ubi adfertur, re non integra, jurisdictionem delegatam non finiri, insargi potest ex eodem principio videlicet valere argumentum de mandato ad actus privatos ad mandatum jurisdictionale: sed mandatum ad actus privatos finitur morte mandantis, etiam re coepa, & non integra, l. cum plures 60. §. mandatum, ff. de iuris: & igitur & mandatum delegata jurisdictione.

Quibus difficultatibus non obstantibus, verum est, jurisdictionem delegatam finiri morte eius, qui delegavit, si adhuc res integra est: si vero iam coepa sit, durare etiam post mortem delegantis: quanto autem dicatur res integra, ut jurisdictione delegata duret, difficile valde est, propter expressam antinoniam, quae reperitur inter Lucium, & Urbanum III. in praesentibus decisionibus. In textu enim in e. relationum, docetur jurisdictionem delegatam durare adhuc post mortem delegantis, si iam lis contestata sit: at vero si ante litem contestationem ille, qui delegavit, decesserit, jurisdictionem finiri: in textu vero in e. gratum, sequenti Urbanus III. expresse docet, citationem sufficere ad perpetuandam jurisdictionem, ab ipse eo, quod lis contestata ante delegantis obitum fuisse. His contrariis decisionibus DD. perplexi non consentiant in eo, utrum videlicet lis contestatio necessaria sit ad perpetuandam jurisdictionem. Plures repetentes in d. e. gratum, negantur: pro quorum opinione faciente textus in e. 1. hoc tit. in 5. collect. in illis verbis: Proponens nihilominus, quod mandatum huiusmodi expirat morte mortis mandatoris, licet etiam iam a nobis tres citationes, vel quatuor emanassent: vos tamen admittis huiusmodi, et exceptionibus frivolis, in ipso negotio procedere distulistis. Nos ergo de discretionem vestra non iudicium admittentes, cum per praesentia etiam subsecuta intelligantur, licet ex scriptoris verbo, vel occupatione praedictum D. fuerit omnium, sed vobis potius de mandatoris intentione constare: nec eius mandatum per ipsius obitum expiraverat, eo quod res integra iam non erat. Ex quibus constat, per citationem non tantum perpetuandam jurisdictionem, textus in e. fin. de off. le. sari: in illis verbis: Cum istorum jurisdictione expiret, si ante obitum delegantis, quorum citatio non praecessit. Et c. licet hoc tit. in 1. h. de iuris. Ut non coepa sit, & quomodo 6. Utas exitit, hoc titulo, c. cum plures, ibi, Negotium inchoare, hoc tit. in 6. ubi negotium coeptum dicitur, si eo quis uti coepit: igitur per solam citationem tantum negotium coeptum dicitur. Accedunt varii effectus, qui promittunt ex sola citatione, per eam enim causae praesentio datur, c. propositi 19. de foro compta, l. si quis postea quidem, ff. de iudicium, l. conditio de praesentione, c. 1. licet pendente induitur, c. 1. ut lite pendente, per eam lis inchoatur, §. fin. infra, de papa nuntio: 12. litig. c. quantum 11. de vrb. docent Alexius lib. 2. disp. c. 24. Biogius lib. 1. de test. c. 30. Hanc opinionem defendunt in d. l. c. quia, Alexand. n. 30. Socius n. 79. Iafon n. 97. Oronius n. 46. & in praxi hinc sententiam committat receptam esse docent Sanchez, de mar. lib. 8. disp. 28. n. 10. Castillo in 2. contrav. c. 19. n. 5. Moneta de commat. ult. c. 8. n. 11. c. 20. Vella l. 2. de test. c. 2. Barb. in hoc e. gratum, n. 32. Sed contrarium sententiam, videlicet necessariam esse litem contestationem ad perpetuandam jurisdictionem delegatam, docentur Otero in d. e. gratum, n. 4. Geronimus lib. 1. animadu. c. 5. Arellanus lib. 1. animadu. 6. Didacus Perez in praesentis, lib. 1. tit. 1. Ord. Vega in rubrica de iudicium, n. 47. plures congehi a Vela d. de iuris, q. 10. Pro quibus facient textus in e. forum de l. 5. c. super 27. hoc tit. cap. ex parte 30. de v. §. textus expresse in l. 2. tit. 4. part. 3. & ea iuris ratio; nam ut officium procuratoris perpetuum, requiritur litem contestatam, l. ante litum 16. ff. de procurat. l. si conveniet, ff. de iuris, ubi non dicitur iudicium coeptum antequam iudex adgear, id est lis contestetur. Amplius, cum ut jurisdictione perpetuetur, desideratur ut iudicium coeptum sit, l. c. quia, ff. de iuris, sed per solam citationem iudicium coeptum non dicitur, ne docetur in d. e. gratum: igitur litem contestatio desideratur. Deinceps quia citatione a litem contestatione incipit, Gallius lib. 1. praes. c. 24. Goveanus in d. l. c. quia, Cujacius lib. 9. obsequio, 21. Vacuosus lib. 6. de iuris, c. 89. Baber in l. si bona 49. ff. de iuris, inchoatur. Gratianus como 1. deceptus, c. 2. n. 33. c. 6. n. 19. Frances de compta, c. 1. n. 1. Hac sententia a iuris ratione, ut veriore retenta, licet contraria usu, D. de Gratia, in Decretal. Tom. I. cap. 11.

Et praxi recepta sit, non obstant contraria opinionis fundamenta. Non primum doctum, ut in e. gratum, cui decisioni varias assignantur interpretationes supra relati juris Interpretes; plures enim existimant, per textum in d. e. gratum, corrigi decisionem textus in d. e. relationum. Ita Panorm. Decius, & Felinus in eod. tit. & alii laudati a Vela d. n. 57. Alii Gloffa in d. e. relationum, existimant textum illum procedere iure civili attentio, quo inspecto a litem contestatio iudicium incipit: at vero textum in d. e. gratum, procedere de iure canonico, quo attentio a citatione iudicium incipit, c. nota, de litem contestat. Felinus in d. e. gratum, c. 3. Inno. nunt. citam 3. quos laudat, & sequitur Vega in rubrica de iudicium, n. 27. existimans textum in d. e. relationum, procedere iuxta decisionem textus in d. e. gratum, & sic etiam decisionem supplere per aliam. Geronimus lib. 1. lib. 1. animadu. c. 6. Otero in d. e. gratum, n. 38. putant discrimen esse constituendum inter eam causam, in quo iudex delegatus ignorat mortem delegantis; & inter eam, in quo scivit. Si ignoravit, iudicere citationem esse litem contestationem, ex d. cap. gratum: si vero scivit, necessarium esse litem contestationem, ex d. cap. relationum. Sed his, & aliis interpretationibus omissis, tractata a Vela ubi supra nunt. 60. dicendum est in d. e. gratum, non agi de simpliciter citatione, sed potius de citatione per edictam peremptorium, & tunc citationem, quae inducit litem contestationem; si non veram, saltem firmam, l. confirmatum de auctor. qua tenet, c. quando, c. quando, cap. quantum, §. pro, ut litem non contestat. Unde cum lis sit contestata per citationem peremptorium, licet non aperte, ut in d. e. gratum, docetur; saltem interpretative per eam citationem peremptorium perpetuat jurisdictione delegata. Quae interpretatio deducitur ex d. e. gratum, in illis verbis: Citationis edicto, d. c. 1. hoc tit. in 5. compil. Tres citationes, vel quatuor emanassent, d. l. 35. part. 3. Per expressam mentionem. Cujus citationis ratione perpetuat jurisdictione delegata, ut docet Otero supra, n. 39. Nec oblat textus in d. e. fin. de officio legati, in 6. nam eius textus decisio procedi in Legato Pontificis, ille enim equiparatur Proconsuli, c. 3. eod. tit. c. 1. Unde sicut ille recedendo a provincia retinebat jurisdictionem voluntariam, ita Legatus Pontificis per solam citationem jurisdictionem acquirebat. Nec obstat similiter textus tertio loco pro contraria sententia adducti; nam debent accipi ita, ut negotium coeptum dicatur per litem contestationem, non autem per citationem simplicem, sed per peremptorium, ex qua sicut inducitur litem contestatio. Nec tandem oblat, simplicem citationem varios producere effectus; nam licet illud verum sit, non tamen iude recte inferitur, sufficere citationem ad perpetuandam jurisdictionem, ad quam litem contestatio vera, vel ficta desideratur, ut docet Vela ubi supra.

Igitur re integra, licet lite non contestata, aut vere, aut interpretative, morte delegantis expirat jurisdictione delegata, negotio autem iam coepo jurisdictione durat. Cujus conclusionis rationem antiquiores lere omnes ex eo restant, quia cum jurisdictione delegata pendat a delegantis voluntate, l. 1. §. qui mandatum, l. off. Proctor, ff. de officio eius, & per mortem cesset voluntas, l. 4. ff. de test. l. non solum, §. morte, ff. de novi operis nunt. l. contestatio 46. §. fin. ff. de l. c. 1. Ideo per mortem finitur jurisdictione delegata; siquidem cessat delegantis voluntas, a qua pendet. Ita post antiquiores repetentes in praesentibus, Covar. l. 3. variat. c. 15. n. 4. Richardus in §. res, n. 8. infra, mandati, Morla d. de iuris, n. 59. quomodo etiam mandatum ad negotia extenditur Rothomannus l. 2. animadu. c. 38. Donellus in l. 1. §. c. mandati, Quodlibet ad Donell. l. 16. contra nunt. c. 23. infra, b. Sed hae ratio restituit ex eo, quia mandatum, ut illustrat expresse voluntas revocationem, ut probat Pinellus l. 2. de test. c. 6. sed quoniam desideratur revocatio voluntatis, non finitur mors, quae tantum inducit voluntatis cessationem, non revocationem; l. Lucius, §. ff. de donat. lib. cum precario 12. §. 1. ff. de precario: igitur non per mortem tantum cessat revocata jurisdictione delegata. Cui difficultati licet satisficere intendat Bassius l. 5. de marit. c. 23. ubi interpretatur textum in d. l. Lucius; tamen non recte satisficere. Quare illa ratio verior est huius conclusionis, quae ex natura mandati jurisdictionis provenit; cum enim quolibet mandatum morte finitur, ex iuribus supra citatis natura ipsius ita exigente; & jurisdictione delegata mandatum, l. 1. §. de officio eius, eodem modo, ac mandatum finiri debet. Accedit, nam licet jurisdictione delegata alicui mandetur, non tamen litem transitur in delegatum, donec ab eo acceptetur, c. quomodo, hoc tit. Salgado de Regia Proctor. ad p. c. 6. sed potius remanet penes ipsum delegantem. Unde sicut jurisdictionem, quam ipse habet proprie in habita, & acta, eius morte finitur; ita & delegata, quam retinet, nec potest contrarij in delegato, ne plus iuris sit in causato, quam in causante, l. si proca matre, c. de bonis matris, cum relatuo iure danti §. relatuo, & ius accipientis, l. lex 31. ff. de signorib. radice enim existit, id quod ex ea provenit, extinguitur esse est, c. correctionem, c. de iurisdictione: nec interest, an delegatus Principis fit, an inferioris. Sanchez, d. de iuris, n. 33. Bassius d. de test. nec etiam refert, an ad universitatem causatur, five ad negotium particulare delegatus sit, cum enim tunc non acquiritur jurisdictionem, eam conservare non potest amplius nisi partes constanter, iudex delegatus non potest in causa procedere, nam cum nullam acquirere jurisdictionem per usum, non est iudicium, quod proferatur a partibus, Nec contrarium probat textus in e. cum venisset 25. in illis verbis: Cum postea quatuor ubi probari videtur, sustineri sententiam a delegato prolatam post mortem delegantis ex consensu partium, nam ibi sententia sustinetur, quia res non erat

Traditio restituitur dendi.

integra tempore mortis delegantis, quod manifeste liquet ex nostro capite gratum, ubi refertur casus in d. cum venisset, propositus: e contrario vero, si iam sit negatum ceptum per litis contestationem, mortuo delegante jurisdictionem retinet delegatus, quod etiam contingit in mandato extrajudiciali, in quo si mandator aliquid abesse cepit, & res per consequens integra non sit, durat mandatum, l. inter 26. cum l. sequenti, §. morte, ff. mandati, quomodo accipiendi sunt textus in l. si decesserit, §. si quis servitorem, l. si quis 6. §. illud, ff. de his, qui in causa mortis, l. si procurator 15. ff. de procur. ubi per cautionem prelitam iudicatum solvi, res jam cepta erat, omnis traditis a Pabro lib. 17. consilio ca. 16. l. nam et Servius, §. si invito, ff. de negotiis gestis, Pinello d. lib. 2. sect. c. 6.

6 Amplius tracta de fectis.

Adeo verum est, mortuo delegante huius jurisdictionem delegatam, ut si plures cause commissa sint iudici delegato in uno scripto, & una causa ab alia non pendat, etiam recepta in una, non perpetuat jurisdictionem in alia; si vero una ab alia pendat, per contestationem unius perpetuat jurisdictionem in alia, quia sub una specifica delegatione continentur. Glos. in c. licet, hoc tit. verbo Res integra, ubi Panorm. n. 5. Faciant textus in l. iure dicimus 18. ff. de iur. liti. l. Papinianus, ff. de minoribus, l. si. ff. de calumniatoribus. Similiter si causa commissa fit pluribus iudicibus, & unus causam attingat, & de ea cognoscere coeperit, morte delegantis non finitur jurisdictionem, ex eam plures, in fine, hoc tit. in 6. Ratio est, quia cum pluribus causa committitur cum clausula, quod si non omnes iurisdictione unica, & individua creditur, & in individuis perpetuatio unius alicui prodest, l. si una est via, ff. de servit. rusticis. Docent in d. e. cum plures, Dominus n. 10. Francus n. 4. Si vero causa committitur pluribus delegatis simpliciter, non adiecta clausula, quod si non omnes, etiam unus de causa cognoscit, quoad alius non est perpetua jurisdictione, e. causa matrimonii, c. presentium 21. hoc tit.

7 Difficultas prima dicitur scilicet.

Nec obstat prima difficultas supra adducta; certum enim est, mandatum morte mandantis finiri re integra, nisi mandatum contineat rem necessariam, ut in d. si procurator 31. ff. de procurat. l. 1. c. de O. & A. iuncto Cujacio lib. 2. observ. c. 31. vel si in rem ipsam mandatarum mandatum collatum sit, l. illam, c. de donat. aut nisi labor dotis interveniat, ut in l. si ego 9. §. si res, ff. de iure dotium, quomodo ita accipit Anaya lib. 2. observ. c. 4. aut nisi post mortem collatum sit, l. si et quis 12. §. si cui fuerit, ff. de religiosis, et sumptibus, l. ult. ff. de solut. Cujacius in l. 3. c. mandati, c. 1. l. 1. observ. c. 38. Merillus sequitur, ex Cujacio l. 3. c. 29. differtent. c. 22. Donellus l. 16. comment. c. 22. ubi Oualdus littera C. licet mandatum post mortem confecti possit, nervose defendat Hochmannus l. 2. articuli. c. 83. Pinellus lib. 2. sect. c. 6. per tot. Nec obstat textus supra expediti: non textus in d. l. fundi, §. item, ff. de acquir. possess. cui aliqui satisfaciunt utendo, cum procedere in mandato rei necessarii, quoad morte non finitur, ut supra dixi. Sed hac solutio facile refellitur ex eo, nam si mandatum, de quo in textu, esset rei necessarium, non ambigeretur, an ignorans, an sciens mandatum exequeretur: sed hoc dubitatur, igitur quia non loquitur textus de mandato necessario. Dicendum ergo est, in primo casu illius textus, ideo possessionem acquiri, quia ignorans eam tradidit, in secundo vero casu, quia scientibus mandantis heredibus rem similiter tradidit, & qui scire, & non prohibet, mandasse intelligitur. Docent alii plura adducte Madera sennensis, c. 21. n. 7. Pinellus l. 2. sect. c. 6. n. 42. Arias de Mesa l. 3. variis, c. 42. Fornerius l. 2. sect. c. 6. Neque etiam obstat textus in l. inter 11. §. si quis, ff. de donat. entre, cui respondendum est afferendo, id mandatum ex natura donationis inter vivos, & uxorem post mortem confecti, ut res donata tradatur tempore habili: quare morte non solvitur, ut contingit in aliis mandatis, siue iudicialibus, siue extrajudicialibus. Nec tandem obstat textus in l. si quis mancipis 17. §. si impubes, ff. de iustitia actionis, nam licet morte relatoris, qui habetur loco domini, finiat mandatum speciale, l. si epistolam 50. ff. de acquir. heredit. maadatum tamen generale non extinguitur propter utilitatem promissum usus, licet non idem procedat in proposito pecunie credenda, de quo in l. iure, qui in provincia, ff. de reb. creditis, ad cuius explicationem videndi sunt Donellus, & Cujacius ubi, Moez observ. c. 4. Santolara interpret. 5. Valentia c. 2. r. 1. c. 5. n. 6. D. Didacus Serna exercit. 1.

8 Respondetur alii difficultati.

Nec obstat primum argumentum deductum ex l. venditor, §. 1. ff. de iudicis, pro cuius expositione sciendum est, magno opere differre iudices delegatos a iudicibus datis; nam ampliore jurisdictionem habent iudices delegati, quam dati, ut agnovit Quintanaevnas lib. 2. de iuris, n. 2. iudices enim dati tantum habent notionem, l. uti dicitur §. ff. de re iudicata, l. per f. de consil. delegati vero jurisdictionem, e. in litteris 9. ubi: Eius jurisdictione, e. in lib. iurisdictio iudicum, hoc tit. Delegati possunt exequi sententias suas, ut probavi in c. significasti, hoc tit. iudices vero dati eas exequi non possunt, l. 3. d. P. 15. de re iudic. Præterea jurisdictione mandator, vel universa, vel ejus pars, l. solus 16. ff. de officio Proconsulis, cum sequenti: sed iudex datur uni tantum liti; unde specialiter iudex dicitur in l. Prosen §. ff. de officio Proconsulis, l. si. ff. de officio Praetoris, iuncta lege Prator 4. ff. de tutor. Ab eo, cui mandatur jurisdictione, provocatur major iudex eo, qui mandavit, l. 1. §. ult. ff. quis, et a quo appellat, at vero a iudice dato provocatur, qui dedit, l. 1. in principio, l. si. ff. quis, et a quo. Is cui delegata est jurisdictione, habet eam vicariam, & alienam; fecus iudex datus. Tandem jurisdictione mandata solvitur morte mandantis; data vero non finitur morte dantis, d. l. venditor,

Docent Cujacius l. 1. q. 99. Papi. in l. si. ff. de officio Proconsulis; Oualdus lib. 17. Donellus, c. 23. littera d. Ratio autem discriminis, quare jurisdictione delegata morte finitur; notio vero morte dantis non expirat, non provenit ex favore litigantium, ut existimavit Donellus lib. 17. comment. c. ult. sed ex eo, quia in iudice delegato litis non contestatur apud ipsum delegatam; in dato vero litis contestatur apud ipsum Praetorem, ut docent P. Faber lib. 1. semel, c. 24. Revardus pro Tribunal. c. 11. Faber in l. post litem 17. ff. de procurat. exceptiones enim coram Praetore proponuntur, l. si quis 7. ff. de except. l. si quis diem 9. c. eodem tit. quod fieri abique litis contestatione non poterat. Nec obstat ultimum argumentum rationis dubitandi, petendum ex exemplo Legati Proconsulis; quia verum est, jurisdictionem Legati Proconsulis non finiri morte ipsius Proconsulis. Ratio est, quia ejus jurisdictione potius ordinaria, quam delegata creditur, ut probavi in c. 1. hoc tit. Nec tandem obstat, quod dicebamus, jurisdictionem subdelegati non finiri morte delegantis; quia jurisdictione subdelegata semper consideratur propria delegantis: quare persona subdelegantis non attenditur, nisi in casu speciali textus in c. licet, hoc tit. Docet pluribus relatis Solorzano l. 2. de iure iudicis, lib. 3. c. 26. num. 54. Nec obstat secunda difficultas deducta ex l. cum plures 60. §. mandati, ff. locati; nam ibi recepta, seu non integra, non revocatur mandatum, ut a contracta dicitur, sed ut conductoris dolus aequitate ipsius vindicetur.

Primo superiori assertioni opponitur textus in c. gratum, in illis verbis: Maximo si delegatus non sit certus de obitu delegantis. Ex quibus communitur Doctores deducunt, jurisdictionem delegatam non finiri morte delegantis, nisi delegatus sciat delegatum jam decessisse: igitur mors ipsi delegantis non inducit jurisdictionis cessationem. Cui difficultati, ut satisfaciamus, examinanda est illa celeberrima questio, utram videlicet gesta a delegato ignorante mortem mandantis, valida sint? Et pro negativa sententia faciunt textus in d. e. gratum, in verbis supra relatis, iunctis illis sequentibus: Negotium sit usque captum. Ex quibus delictorum, ultra ignorantiam delegati desiderari, ut negotium sit quasi ceptum; & textus in c. fin. de procur. lib. 6. ubi matrimonium contractum a mandataro ignorare mortis mandantis, nullum est. Faciunt etiam supra tradita, videlicet jurisdictionem delegatum ipso iure finiri morte delegantis, l. licet, ubi: Morte mandantis expirat, hoc tit. c. si cui nulla, de prob. lib. 6. ubi: Expirat omnino. Sed ignorantia non potest tribuere jurisdictionem delegato, quam ipse non habet, l. si per errorem 15. ff. de iuris. igitur ignorantia mortis delegantis non reddit actus validos alias invalidos, cum in his, quo ipso iure sunt, nihil operetur ignorantia, l. etiam iurati 3. ff. de acquir. heredit. l. si procurator 23. ff. de O. & A. unde mandatum procuratoris, est procurator ignoret mortem domini, finitur, l. qui, qui fin. de reb. credit. l. questum 15. §. fin. ff. de manus. vindict. Tenent hanc sententiam Glosa in d. e. gratum, verbo Maximo, Quintanaevnas ubi sup. n. 15. Otero in d. e. gratum, n. 50.

Contrariam sententiam affirmativam, videlicet gesta a delegante ignaro mortis mandantis, valere, probatur delegatus fundamentis. Primo, nam mandatum morte, aut revocatione non finitur, nisi mortis, aut revocationis notitia habebatur a delegato, ex c. per 33. de rescriptis, l. si mandasset 15. ff. mandati, l. 1. §. 2. ff. quod iustus, l. 4. de manus. vindict. Quare si mandatarus exequatur mandatum, habet actionem mandati utilem, l. inter 26. ff. mandati. Quo casu accipiuntur textus in l. 2. §. 5. ff. de anno, et reg. legat. unde qui solvit illi, qui ignorat revocatum esse mandatum, liberatur, l. si quis servos, ff. de sol. ut latus dicemus in c. mandati, de procur. Facit etiam pro hac sententia textus in c. auditus 4. de rescriptis, ubi jurisdictione delegati non creditur revocata per secundum rescriptum, donec habeatur illius notitia. Hanc sententiam docent Innocentius in d. e. licet, Albericus in l. si fido, ff. de officio Praetoris, n. 1. quos sequitur Sanchez d. disp. 28. de matr. n. 4. Sed pro illam opinionem concordanda dicendum est, stricta juris ratione agenda delegatam jurisdictionem, imo quodlibet mandatum finiri morte mandantis, seu delegantis; sed ex quadam aequitate gesta ab eo, qui communitur iudex putabatur, sustinetur, c. ad probandum, de re iud. l. Barbarius, ff. de officio Praetoris, l. 2. c. de iur. et interlocutor. ubi gesta ab ipso delegato, seu mandataro, valere, & defendi docetur: unde prima sententia supra adducta procedit in specie juris rigore; secunda vero atenta aequitate, quae postulat, ne partes diutius litibus vexentur, ut late prosecutur Bassius lib. 5. de matr. c. 23. Nec illud probat textus pro affirmativa sententia expediti. Non textus in d. e. per 33. de rescriptis, quia in ejus specie iudex habebat jurisdictionem proprio iure; unde licet procurator revocatus esset propter iudicium auctoritatem, nec est illa iustitia reddenda, siquidem fuit, gesta ab eis in iudicio valere. Nec etiam obstat textus in d. l. si mandatum 15. nam in ejus specie agitur de excusando eo, qui ignorat revocationis adimplevit mandatum, ne damno aliteretur ex eo, quod bona fide illud adimplevit, ut docent Morla in imperio, tit. de iuris, n. 107. Arias de Mesa lib. 3. variis, c. 42. Nec etiam obstat lex 2. ff. quod iustus; quia in eo textu desideratur certioratio, non ut mandatum revocatum, sed ut mandator transgressus mandati iudicetur; & ne pater revocans mandatum praescriptum contrahebatur cum filio. Tandem non obstat lex 4. ff. de manus. vindict. cuius conciliatio cum lege questum 15. ff. quis, et a quibus, obvia est apud Institutionum Interpretes, in §. rebo, Falsis, mandati, & Pinellum l. 2. sect. c. 6.

Secundo superiori assertioni opponitur textus in Clem. fin. de procurat.

10 Contraria sententia refertur.

Exponitur Clem. fin. de procurat.

22 Intellectus est super c. licet in 6.

9 Exponitur praeterea c. gratum.

12a Interpretatur ipse interpretatio.

juris ratione atenta, in utriusque litteris, tam gratiam, quam iustitiam mandatum morte mandantis finiri, verumtamen contra hoc strictum ius iure singulari, & aequitate receptum fuisse, ut principium illud non procederet in mandatis specialiter gratiam continentibus; quae ratio aperte colligitur ex d. e. si super, ubi: Requirit esse confirmatum, c. si cui 36. de prob. lib. 6. ubi: dicitur iuncta regula. Dicit, de reg. iuris in 6. c. perquis, de notis. Huius autem aequitatis inducenda ratio, si quae assignari potest, maxime illa est, quia in mandatis, & rescriptis iustitiam concedens principaliter intendit facere actum secundum ius commune, & ejus regulas ordinarias: at vero in gratia, cum semper intendatur aliquid extraordinarium, non secundum, sed praeter, vel contra ius commune, & ejus regulas, merito praeter, imo & contra illas accipitur concessio, & durat, ita ut morte concedentis non expirat. Deinde quia licet litterae iustitiae (quae facile, & absque magnis laboribus, ac sumptibus solent obtineri) expirent re integra, mortuo concedente, nihilominus tamen impetrans a successore id ipsum facile obtinebit; vel saltem illi superest ordinarium juris commune remedium, quod sufficit ad consequendam iustitiam, quae per mandatum, seu rescriptum intenditur, iuxta quam doctrinam procedit textus in c. fin. verbis, Oualdus, hoc tit. lib. 6. at vero si gratia praeter, vel contra ius commune cum magno labore, & dispendio obtenta expiraret re integra morte concedentis, grave praedictum interesset impetranti, quod non facile a successore ejus, qui gratiam concessit, nec per viam juris communis assequeretur id, quod defunctus liberaliter concesserat. Facit etiam, nam gratiam concedens valde optat, ut perpetuo maneat, & in omnium eventuum suorum consequatur effectum, c. 1. de donat. ac proinde propter huiusmodi animam voluntatem verosimiliter cessatur intendere, ne ipse morte expirat, quin imo & post illam maneat; quae voluntas mandantis sufficit, ut post mortem protrahatur mandatum, l. si vero 13. §. fin. cum l. seq. ff. mandati, quam explicat Cujacius l. 1. observ. c. 28. l. cum per 77. §. ult. ff. de legat. 2. Docent in specie Covarr. lib. 1. c. 14. n. 15. Tirac. de prescrip. pro qualibet, prescrip. 2. n. 17. Cum ergo mandatum gratiae non expirat morte concedentis, dubium erat, an jurisdictione executori gratiae delegata morte delegantis expiraret? Et consulit Bonifacius VIII. in d. e. si super, decrevit simile mandatum non expirare; quod profecto praedicta aequitatis ratione movit contra juris rationem noviter respondit, ut agnovit Garzia de beneficiis 6. p. c. 2. §. 3. per nos. Sanchez de matr. l. 8. disp. 28. n. 43. Cenedo cum. n. 38. n. 19. et collect. 7. ad lib. Sext. Nec obstat, si dicas, Bonifacium non constituisse ius novum ex ipsa ratione, quam ipse adducit in textu, Quomodo, ubi: Velut gratiae praedictae accessionem, seu naturam, congruis principibus. Quae regula est juris antiqui satis repetita in c. de praedictis, de donat. inter, cap. si differentes, de iura comm. regula, Accessorium, de regul. iuris in 6. l. cum principibus, l. nihil dolo, §. Cum principibus, ff. de regul. iuris, leg. non dubium, Cod. de legibus; nam respondendum est, regulam illam antiquam non obtinere in presenti casu, quia in contrarium statuta alia ratio, quae generalem hanc regulam impedit, videlicet morte mandantis mandatum expirare: Nec etiam obstat in istis, Bonifacium in d. e. si super, asserere gratiam a Sede Apostolica emanasse; sed delegatio facta sub nomine dignitatis non expirat, etiam si decesserit ille, qui concessit, c. quoniam 14. ubi probavi, hoc tit. cap. si gratiosus 5. de rescriptis; ergo ex alio capite in ea specie jurisdictione executori gratiae concessa morte concedentis non expirat. Nam respondendo discrimen constitutum inter terminum, in quem revolvitur delegatio, hoc est ex parte termini, cui delegatio fit, ut in d. e. quoniam 14. c. si gratiosus; & inter illum, qui delegat; quia hoc casu nihil interest, an delegatio facta sit sub nomine personae, an sub nomine dignitatis: quocumque enim modo delegatio fiat, si fuerit iustitiae, expirat morte, si gratiae, durabit. Accedit, nam in specie textus in d. e. si super, est gratia facta fuisse a Sede Apostolica, tamen delegatio executionis ab ipso R. Pontifice processit, & ita tantum iure singulari sustinetur delegatio executionis gratiae.

C A P U T XXI.

a Caesarius III.

Prudentiam etiam h. Et infra: Quinto loco supplicis informari, utrum cum tribus causa committitur, ita quod si omnes interesse nequeverint, duo eam nihilominus exequantur, si reus a duobus tantum fuerit convocatus, venire necessario teneatur? Et si citatus a pluribus, coram duobus comparuerit, tertio nec veniente per se, vel per litteras (ut solet fieri) excusante, an duo praesentes in causa possint procedere, & eam sententia calculo terminare? In hoc casu taliter respondemus, quod cum aliquis delegatorum iudicum per certum nuntium, vel excusatorem litteratorie destinatum non ostenderit se interesse non posse, vel alias de eodem canonice constare non poterit, residui procedere ad causae cognitionem non debent: quod si processerint, nihil reputabuntur egisse. Illa quippe fuit antiqua Sedis Apostolica provisio, ut huiusmodi causarum recognitiones duobus, quam uni; & tribus, quam duobus libentius delegaret, cum (sicut canones adstantur) integrum sit iudicium, quod plurimum sententias confirmaret. Mandati siquidem excedere fines probaretur, si quis citra formam rescripti accepti praesumeret iudicare. §. Ad iudicium etiam, quod ubi fuerit in commissione apostorum, ut si omnes interesse nequeverint, duo eam nihilominus exequantur; si aliquis ex ipsis cum possit, noluerit interesse, duo nihilominus in causa procedant, licet illi tertius gravissime sit arguendus pro eo, quod mandatum Apostolicum exequi subterfugiat, aut contemnat. Idem quoque per omnia dicimus observandum in causa, qua committitur duobus, eo adposito, ut si ambo interesse nequeverint, alter nihilominus exequatur: §. Sexta nobis proposita ex parte tua questio continebat, quod cum aliquibus iudicibus causa committitur, & quandoque contingit, quod reus actori objicit, quod stare non potest in iudicio, utpote vinculo excommunicationis adstrictus, si reus non velit statim cum probare excommu-

D. D. Ganzal. in Decretal. Tom. I. Pars II.

Bb 4

nica